Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38221
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



212

non accepit intellegitur. non accepit ut biberit. qui
autem sicut matthe. ait tetigit. et. ut quod fidem
matheus. ait. noluit bibere. hoc. e. marcus
dixerit. non accepit. tacuerit. et ita ed quod uerit.

XII

Sequitur matheus. Postquam autem crucifixerunt
eum. Diuiserunt uestimenta eius sortem mittentes
& sedentes seruabant eum. hoc idem marcus sicut cru
cifigentes eum diuiserunt uestimenta eius. mittentes sortem.
super eis. quis quid tollerit. hoc lucas sic ait. Diuidentes
uero uestimenta eius. miserunt sortes. Et stabat populus
spectantes. breuiter a tribus dictum. e. Johannis autem
distinctius hoc explicat. quemadmodum gestum sit.
Milites ergo cum quinque cum crucifixissent eum acceperunt uesti
menta eius. & fecerunt quatuor partes. Unicuique milite
partem & tunicam. Erat autem tunica inconsutilis. desup
contexta per totum. Dixerunt ergo ad inuicem non scin
damus eam. sed sortiamur de illa cuius sit. Ut scrip
tura impleretur dicens. Partiti sunt uestimenta mea
sibi. & in uestem meam miserunt sortem.

XIII

Sequitur matheus. Et imposuerunt super capite eius cau
sam ipsius scriptam. hic. e. ihs. rex iudaeorum. Marcus
autem prius quam hoc dixisset. Erat autem inquit hora
tertia. & crucifixerunt eum. hoc enim sub silentio cum
de uestium diuisione dixisset quaeres diligentissime
considerenda. e. ne magnum faciat errorem.
Sunt enim qui arbitrentur hora quidem tertia dnm
crucifixum. Sexta autem hora tenebrae factae.
usque ad nonam. & consumptae intellegantur tres
horae. ex quo crucifixus. e. usque ad tenebras factas.
& possit quidem hoc rectissime intellegi. nisi lohannes
diceret hora quasi sexta. pilatum sedisse pro tribunali.
in loco qui dicitur lithostratos. hebraice autem gabbatha.